



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

34 Exempti, etiam regulares, extra claustra degentes, ab Ordinariis  
locorum corrigi, & puniri possunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ord. §. & à quo, nu. 7. in fin. Pluresque alias qualitates, & virtutes in Episcopo requiritas ad bene munus suum explendum copiose, & optimè scripsit Card. Paleot, in *3* Archiepiscopi Bono, cap. 6, cum pluribus seqq. part. 1. Pastores quidem, non  
*31* † autem percussores Episcopi esse debent, & ita subditis præesse eos oportet, ut non in eis dominantur, sed illos tamquam filios, & fratres diligant, monendo, rogando, arguendo, obsecrando, & increpando, *Pet. 1. Epist. in cap. 5. circa prius. cap. ult. distin. 94. cap. esto subiectus, 95. distin. & Concil. Trident. cap. 1. de reform. sess. 13.* Post correctionem verbalem contra incorrigibiles ad acriora, & graviora remedia descendere, & procedere debent, *cap. corrigantur, cum seq. 24. quast. 31* & ubi ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, & cum lenitate severitas est adhibenda *Concil. Trid. dicto cap. 1. de reform. sess. 13: omnesque subditorum suorum excessus corrigere, & ipsos visitare, ac de eorum excessibus, criminibus, & delictis etiam extra visitationem, tamquam Sedis Apostolicæ delegati cognoscere, & castigare possunt, quibuscumque exemptionibus, consuetudinibus, concordiiis, consanguinitate, familiaritate, & aliis non obstantibus, cap. irrefragabili, de off. ord. & Concil. Trident. cap. 3, & 4. de reform. sess. 14.* † exceptis Canonici cathedralium ecclesiarum, qui per Capitula corrigi consueverunt, in ecclesiis, quæ talem hactenus consuetudinem habuerunt, & tunc à capitulo ad iussionem Episcopi, infra terminum competentem, ab eo præfigendum sunt corrigendi, alioquin Episcopus corrigere potest, *dict. cap. irrefragabili,*

§. excessus tamen, de off. ordin. & ibi Innocent. in princip. & Concil. Trident. cap. 6. de ref. sess. 25.

*32* Corrigi etiam, † cognosci, & puniri ab Episcopis possunt exempti ratione delicti, contractus; & rei, si delictum fuerit commissum, & contractus celebratus in loco non exempto, & res de qua agitur, in loco etiam non exempto situata existat, de crimine hæresis etiam in loco exempto commissi, superfluarum comestationum, illicitarum fabulationum, & divinorum officiorum celebratione, & in civilibus causis mercedum, & miserabilium pertonarum, *cap. dolentes, de celebr. Miss. cap. ad abolendam, ext. de hæret. cap. 1, de probat. in 6. cap. unico, §. fin. & cap. 1. de privileg. eod. lib. 6. & Concil. Trid. cap. 14. de ref. quoq. etiam dictum, c. 1. innovat. sess. 7.* ratione personæ, si exempti etiam regulares claustrales, † extra claustra degentes delicta committunt, ab Ordinariis locorum, in quorum iurisdictione sunt commissa delicta, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegatis, visitari, puniri, & corrigi possunt, *Concil. Trid. cap. 3, sess. 6, & cap. 4. de reform. sess. 14.*

*33* Tenentur Episcopi † diebus Dominicis, & festis solemnibus, legitimo cessante impedimento, Missam celebrare, pro quo facit *Conc. Trid. cap. 2, sess. 2.* quia habent curam animarum totius diocesis, *argum. tex. in cap. 14. de reform. sess. 23.* debentque non modo pauperum suarum diocesium, sed externorum etiam curam habere; Nam beatus Petrus profecturus ad prædicandum Judæis dispersis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiã, Bithyniã, & Paulus profecturus ad gentes ab Hierosolymis per circuitum usque ad Illyricum,